



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XX. Markgraf Ludwig verbindet den Altar Petri und Pauli in der Pfarrkirche zu Eberswalde mit dessen Hebungen im Hufenzins zu Wernäuchen mit der Kirche des heiligen Geistes zu Eberswalde, am 3. ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

XIX. Markgraf Ludwig verleiht dem Glenden-Altare in der Pfarrkirche zu Eberswalde Gebungen aus der Hegermühl, am 11. März 1340.

Noverint universi tenorem presentium inspecturi. Quod nos Ludovicus, dei gratia brandenburgeris et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, dux Bavarie, sacrique romani Imperii Archicamerarius, ob salutare remedium et memoriam perpetuam magnificorum principum marchionum brandenburgeris bone recordationis, predecessorum nostrorum, nostri, heredum et successorum nostrorum appropriavimus et presentibus appropriamus altari Exulum in ecclesia parochiali civitatis nostre Everswolde sito, unum frustum denariorum brandenburgeris annue derivationis et solutionis in molendino Hegermul situm, eo modo, forma et conditione, quibus ipsum frustum dilecti nostri fideles Thidekinus et Henningus, fratres, dicti de Wulmerstorff tenuerunt et possederunt libere et pacifice pertinendum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes vero hujus sunt nobilis vir Guntherus Comes de Swartzburg, dominus Johannes de Buch, capitaneus noster dilectus, Henricus de Riffchach curie nostre magister, Johannes Hufener, camere nostre magister, Beringerus Helo, marscalcus cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Spandow, Anno Domini MCCCXL, in vigilia beati Gregorii Pape.

Aus v. d. Hagen's Beschreibung S. 253 nach dem Originale; in Gerken's Codex VI, 434 aus einem Copialbuche abgedruckt mit dem Datum in die b. Gregorii.

XX. Markgraf Ludwig verbindet den Altar Petri und Pauli in der Pfarrkirche zu Eberswalde mit dessen Gebungen im Hufenzins zu Bernäuchen mit der Kirche des heiligen Geistes zu Eberswalde, am 3. Dezember 1343.

Noverint etc. Quod nos etc. —, ad liberam et voluntariam resignationem altaris beatorum Petri et Pauli apostolorum, in ecclesia parochiali civitatis nostre Eberswald siti, per honestum et discretum virum dominum albertum de gorlicz nobis factam, id ipsum altare ecclesie sancti spiritus civitatis predictae cum singulis suis pertinentiis, videlicet cum IIII choris siliginis totidem ordi et cum duobus talentis denariorum Brandenb. in censu mansorum opidi warnowe situatis annue pensionis siue solutionis ad id debite pertinentibus singulis annis in festo beati Martini soluendis, unimus, connectimus, incorporamus et presentibus duximus vniendum, Tali tamen conditione interposita vel adiecta, quod altare prenotatum per provisores siue rectores ecclesie sancti spiritus prenotate, qui vel quicumque fuerint, in officiiis diuinis, prout hactenus in ipso peractum est, in antea in magnificorum principum Marchionum Brandenb. bone recordationis predecessorum nostrorum, nostri, heredum ac successorum nostrorum salutem commendabiliter peragatur. Ita tamen, quod si quid in necessariis debitis ad altare predictum spectantibus ydonee persone id ipsum officiantis superfluxerit, eundem superfluxum in egrotorum ibidem decumbentium vsus siue necessaria per provisores ecclesie sancti spiritus pretacte euidenter dirigi volumus et conuerti. Poterunt etiam consules et ipsius sancti spiritus provisores eidem altari nostro habito consensu de persona ydonea, quociens se facultas obtulerit, in antea prouidere. In cuius Testes Ber. coquine magister, ott. zenger, Zacha-

rias, milites, cum ceteris. Datum in villa Staffelde prope Soldin, anno XLIII feria III ante festum beati Nycolai.

Nach dem Copialbuche des M. Ludwig I., betreffend die Vogtei Barnim Nr. 22.

In der mit dieser Copie verglichenen Original-Ausfertigung im Besig der Stadt Neustadt-Eberswalde lauten die Beugennamen: Bertholdus de Ebenhusen coquine nostre magister, Otto Zenger et Zacharias.

XXI. Markgraf Ludwig quittirt den Pfarrer Barthold in Eberswalde, den er zum Zollverweser in Schnakenburg gemacht, wegen der vierjährigen Verwaltung dieses Zolles, am 4. März 1344.

Nouerint etc. Quod nos etc. Audiimus et cognouimus computationem discreti viri domini bartholdi, plebani in Ewerswald, cappellani nostri dilecti, de singulis fructibus, deriuacionibus et vibus occasione thelonii nostri Snakenburg a die beati Mathie sub anno M^o. CCC^o. et XL., quo predictum in officium prenotati theloniei constituimus, nostri nomine perceptis, quam feria quinta tenore presentium expresse nobis presentibus nobilibus viris Henrico et Gunthero, fratribus, comitibus in Swarczburg, Joh. de Buch, necnon Strenuis viris Joh. de Hufen, magistro coquine de Ebenhusen, militibus, Loterpeck legitime et commendabiliter fecerat seu decenter, de quibus ipsum quitum dicimus presentibus penitus et solutum. In cuius etc. Datum Stendal, anno M^o. CCC^o. XLIII^o., feria V^a. post dominicam Reminiscere.

Nach dem Copialbuche M. Ludwig I., betr. die Vogtei Barnim Nr. 27.

XXII. Markgraf Ludwig verleiht dem Ritter Henning Sparren drei Wispel Roggen in den Mühlen der Stadt Eberswalde, am 26. Oktober 1347.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus etc. Contulimus et presentibus conferimus strenuo militi hennyngo, dicto Sparren, fideli nostro dilecto, suisque veris etc. III choros siliginis in molendinis ciuitatis nostre Eberfswald sitos, et in censu ville Willamdstorp II talenta et V solidos denariorum Brandenb. cum omnibus iuribus, gratiis, commodis et honoribus ad premissos redditus ex debito uel ex iure pertinentibus, perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet quiete et pacifice possidendos. In cuius. Testes lochen pincerna, haffo senior, Grifenberg, milites, gerwolf, Gruelhut cum ceteris. Datum Spandow, anno XLVII^o., feria VI ante symonis et jude.

Nach dem Copialbuche des M. Ludwig I., betreffend die Vogtei Barnim Nr. 38.